Au voleur ! – p. 60

EUCLIO

Perii, interii, occidi ! Quo curram ? Quo non curram ? Tene, tene ! Quem ? Quis ?
Nescio, nil video, caecus eo atque equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim,
Nequeo cum animo certum investigare. Obsecro ego vos, mi auxilio,
Oro, obtestor, sitis et hominem demonstretis, quis eam abstulerit.
Quid est ? Quid ridetis ? Novi omnes, scio fures esse hic complures.
Quid ais tu ? Tibi credere certum est, nam esse bonum ex vultu cognosco.
Hem, nemo habet horum ? Occidisti. Dic igitur quis habet ? Nescis ? Heu me miserum ! Misere perii.

PLAUTE, *Aulularia (La Marmite)*, vers 713-720 (avec coupes).

© Nathan – 25 avenue Pierre de Coubertin 75013 Paris – 2015